UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

1 Transactio cùm emphiteuta ecclesiae dere, quam ipse poßidet, non videtur alienatio: potest fieri de bonis eccles. nondum incorporatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

Visual Library

135 *Matrimonia non poſſunt à laicis prohiberi, ne contrahantur cum perſonis certi loci.*

136 *Matrimonialis materia eſt de jure poli.*

Fœmina non amittit lucrum, etiam ſi contra ſtatutum forenſe nupſerit, ibidem.

137 *Libertatem eccleſiæ violantibus divina cœlitus ira reſiſtit.*

138 *Nicephori Phocæ lex Eccleſiæ libertati repugnans, ſuit abrogata.*

139 *Aſtulphi Longobardorum Regis ſacrilegi miſerandus interitus.*

140 *Federici ſecundi Imperatoris ſemen divino judicio extinctum.*

VERA, communis, & vulgata
eſt concluſio, quòd bona eccleſia-
ſtica citra Papæ conſenſum alienari
non poſſint, ex pluribus ſupra allegatis.
Sed dubitatur, an de bonis ligitioſis ſine
beneplacito ipſius Papæ & ſolemnitatibus
à jure requiſitis cum emphiteuta, ſeu feu-
datario, ut emphiteuta in illorum poſſeſ-
ſione remaneat, liberè tranſigi poſſit. Et
videtur, quod ſic, ſi emphiteuta, vel feuda-
1 tarius eſt in poſſeſſione, † quia tunc tranſ-
actio non videtur alienatio, ut tenet
Jaſ. *in l. iuſiurandum, quod ex conventione,*
§. populus, numer. 4. ff. de jurejur. & gloſſ.
in l. nulli, ff. de tranſact. quæ concluſio
procedit, duntaxat in bonis eccleſiæ dona-
tis, vel legato, vel teſtamento, ſeu aliàs re-
lictis, quæ nondum fuerint eccleſiæ incor-
porata, Rot. *conſ. 184. num. 1. & 2.* Rol.
conſ. 15. numer 42. volum. 1. Ceph. *conſ. 375.*
num. 30. & 31. vol. 3. & ita diſtinguit Jaſ.
poſt alios quamplures per ipſum pro
communi opinione citatos, *in l. legatum,*
nu. 15. 16. & ſeq ff. de leg. 1. idem declarat, &
diſtinguit, Bald. *conſ. 16.* Tiraq. *de retract.*
conſang. aut æquipol. §. 1. gloſſ. 14 *num. 14.*
Natta. *conſ 44.* ubi aſſerit, quòd doctores,
qui pro contraria opinione allegantur,
2 loquuntur † de tranſactionibus, quæ fiunt
cum fratribus mendicantibus, cum qui-
bus id eſt ſpeciale, vel cum eccleſiarum
rectoribus ſuper bonis nondum eccleſiæ
vnitis, & incorporatis, non autem ſuper
bonis, quorum directum dominium eſt
penes eccleſiam, cui ſunt incorporata, ſu-
per quibus ſine conſenſu Papæ tranſigi
non licet, niſi eccleſia remaneat, aut in-
ducatur in poſſeſſionem, ut per gloſſ. *in d.*
l. nulli, & ibi Bart. *numer. 2. de tranſact.*
idem Bart. *in dict. l. 1. num. 3. C. ſi adverſ.*
tranſact. cum quo tranſit. Jaſ. limitando
prius per ipſum dicta *in eadem l. juſiuran-*
dum, quod ex conventione, §. pupillus, nu. 4.
in fine, ff. de jurejuran. Natta *eodem conſ.*
44 num. 3. 12. & 13. & Borgnin. poſt plu-
res alios *deciſ. 45. alias 16. in additione, nu.*
44 par. 1.

Nec ſuper decimis valet tranſactio de
decimis facta cum Prælato, ſeu ec-
cleſiæ rectore, non ligat ſucceſſorem,
per text. *in capitulo veniens,* ubi etiam
gloſſ. *in verb. confirmata,* & Abbas *de*
tranſactio. & Caputaq. *in deciſ. 165.*
par. 1.

3 Quæ tamen opinio, quoad bona non-
dum eccleſiæ unita, nec incorporata,
non caret difficultate, ex pluribus con-
tra pro communi opinione per A-
lexand. citatis *in dict. lege legatum, nu-*
mer. 2. & 3. ff. de leg. 1. cujus opinionem
puto veriorem, præcipuè, uti corrobora-
tam à ſacro concilio Tridentino, *ut in*
cap.